



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

Quo[d] redargut[us] est petrus a chr[ist]ianis. ca. liiij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

In omni gente qui timet deū et operat̄ iustitiam: acceptus est illi. Vos scitis quod iohannes predicauit iesum a nazareth. scitis etiam quod factū est verbū. id est. predicatio euangelij per vniuersam iudeā. incipiens a baptismo iohannis quo baptizatus est iesus. postea prosequens quōd vniuersum deus spiritus sancto et virtute qui pertransiit beneficiendo et sanando omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumus omnium quod fecit in regione iudeorum. et quod eum suspēderūt in ligno: et tertia die suscitatum a deo. Cuius nos testes sumus qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. quibus precepit predicare populo et testificari. quia ipse est qui constitutus est a deo pater iudicis viuorum et mortuorum. quia pater dedit illi omnem iudiciū. Nec nos solū: sed etiam omnes prophete illi testimonium perhibent. quod omnes per nomen eius remissionem peccatorum accipiunt qui credunt in eum.

Quod baptizauit cornelium et eos qui cum eo erant.

Capitulum. LIII

**Huc loquente**

a petro verba hec. cecidit spiritus sanctus. et descendit repente super omnes qui audiebant verbum. Utrum autem in igneis linguis vel in alia specie visibili descenderit: incertum est. Et obstupuerunt qui erant cum petro fideles de circuncisione: quod etiam in nationes. id est in gentes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim eos loquentes linguis magnificantes deum. Tunc respondit petrus. Numquid aqua quis prohibere potest ut non baptizentur hi qui spiritus sanctum acceperunt sicut et nos. quod maius est quam baptizari. Et iussit eos baptizari in nomine christi: subiciens formam baptismi a domino traditam per dilatationem nominis christi. In quo nomine intelligit ipse qui unctus est. et pater qui unctus et spiritus sanctus qui unctus est. Tunc rogauerunt eum. Et mansit rogatus cum eis aliquot diebus. in quibus primo creditus visus fuisse cibus gentiliū. unde postea redargutus est. Dilatumque est verbum et delatum usque ad fratres qui erant in iudea. quod gentes receperant verbum dei. Et hic fuit primus transitus periculatis apostolorum ad gentes in quo puerus est cornelius cum familia sua.

Quomodo redargutus est petrus a christianis.

Capitulum. LIII

**Im autem ascen-**

c disset petrus hierosolymam. discepulabat aduersus eum fideles de circuncisione dicentes. Quare introisti ad viros putum habentes. et manducaisti cum illis. quasi diceret. In duobus contra legem fecisti. quod introtrasti ad eos. et quia cibus eorum confusus es. Tunc incipiens petrus exposuit eis per ordinem ostensam a deo sibi visionem. et quod apparuerat angelus cornelio. Et in tota persecutione non addidit nisi unum verbum quod dictum est cornelio. Virrite et accessi simonem qui cognominatur petrus ubi addidit. qui loquebatur verba in quibus saluus eris tu et vniuersa domus tua. Et ex eo quod statim subdidit. cecidit spiritus sanctus super eos sicut et super nos ab initio: presumis quod super cornelium et familiam suam descenderit spiritus sanctus in linguis igneis sicut descenderat super apostolos die pentecostes. Et tunc inquit recordatus sum verbi domini. quod nobis dixit. Iohannes quidem baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spiritu sancto. Videns hoc impletum in cornelio et in familia sua. Audita petri excusatione multiplici destiterunt ab increpatione eius. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta prophetia iob. Ab aquilone uenerit auxilium: et ad deum formidolosa laudatio. Id est per congelationem infidelitatis gentes comparabiles aquiloni qui in tenebris erant. in cecitate animi percipient luce fidei per quam illuminatione dirigunt ad deum formidolosa laudatio. quod per inopinatum et repentinum gentium conuersione fideles de iudea timentes glorificauerunt deum.

De continuatione historie.

Capitulum. LV.

**Incipit h**

n dinem suum. Quod enim interuentum est de philippo petro et iohanne paulo. postquam supra dictum est. igitur qui dispersi erant pertransibant euangelizantes verbum dei. quando incidens fuit. Prosequitur ergo in hunc modum. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que inceperat a morte stephani pambulauerunt usque ad phenicem prouinciam syrie occidentalem et cyprum. nemini loquentes verbum nisi solum iudeis. Erant autem quidam cum eis de cypro et cyrene qui cum introissent antiochia loquebantur ad grecos. annunciantes dominum